supradictis vel aliquo premissorum, quod nos non invenimus sed tunc nos ex nunc et eadem debemus
Item damus predictis procuratoribus nostris et cuilibet eorum in solidum plenam potestatem vice
super principes predictos ex nunc ab omni iuramento quo essent nobis astricti
vice et nomine nostro et pro nobis liberandi et absolvendi et affidandi ex nunc prout
ut ex nunc absolvendi mandatum quo nos sumus tunc exnunc vel in eisdem
prout vel alios urbes, comitatum, provincias, regna, ducatus, comitatus,
civitates, oppida, castra, comitatum vestrum vel terras alias et curias
superiori aut aliquo de eisdem. Item damus predictis procuratoribus nostris et eorundem
cuilibet in solidum plenam potestatem et speciale vice et nomine nostro promittendi quod de
terras quas dominus Rex sibi tenet extra terras quas tenet ab ecclesia Romana
quod ad promissionem donationem confirmationem seu aliter prout vestre sanctitati videbitur
et ipsi Regi erit decentius, quod intendimus tractare sicut consanguineum et affinem
precipuum. Item vice et nomine nostro et pro nobis promittendi quod dicto domino Regi
sicut affinem unum nostrum filium uxorandum et sublimandum prout V. S.
et ipsi Regi videbitur expedire. Item vice et nomine nostro et pro nobis promittendi
quod perpetuitate federis esse in Tuscia in terris nostris semper faciemus
dictum dominum Regem Robertum vicarium nostrum in partibus illis irrevocabiliter per
tempus prout V. S. placebit. Item vice et nomine nostro et pro nobis pro-
mittendi quod cum predicto domino Rege habebit unionem et confederationem
faciemus prout V. S. duxerit ordinandum. Item damus predictis procuratoribus
nostris et cuilibet eorum in solidum plenam potestatem vice super vice et nomine nostro
et pro nobis consentiendi et promittendi quod si in premissis articulis vel aliquo
eorundem aliquid esset ambiguum, dubium vel obscurum, declarandi, interpretandi,
corrigendi et supplendi et ordinandi V. S. et domini summi pontificis qui
pro tempore fuerit stabimus ad effectum.

Insuper damus et concedimus supradictis procuratoribus nostris omnibus et cuilibet
eorum in solidum plenam meram et liberam facultatem auctoritatem et speciale
mandatum vice et nomine nostro et pro nobis coram S. V. et ubicumque S. V.
placuerit vel visum fuerit expedire, quaslibet promissiones, concessiones,
donationes, ratificationes, annullationes et revocationes quascumque
et qualescumque superius expressas aut non expressas concedendi et promit-
tendi, faciendi, firmandi et confirmandi, firmandi et perficiendi,
securitates et et cautiones firmitates, cautelas et obligationes unas
plures et penales in quantitate articulis expressas aut non expressas quascumque et
qualescumque, ex parte nostra exhibendi, offerendi, suscipiendi, faciendi, complendi,
firmandi et perficiendi, etc., et nos ad observationem eorundem omnium et singulorum
et penis cuiuscumque ipsorum astringendi et obligandi. Confederationem in super liga
concordiam et unionem cum magnifico principe Rege Roberto, subordinatam
et voluntatem S. V. exaltitate nostre faciendi, firmandi, complendi,
perficiendi et roborandi sub penis vinculis obligationibus